ab yndia usque ethyopiam: super centum viginti
septem provincias: qui
sedit in solio regni sui
Susa civitas regni eius
exordium fuit R.

Domine rex omnipotens in ditione
tua cuncta sunt posita.
Et non est qui possit resistere
voluntati tue libera nos
propter nomen tuum V. Exaudi domine orationem nostram et
converte luctum nostrum
in gaudium. Et non. iii.

Tercio ergo anno
imperii sui: fecit
grande convivium cunctis
principibus et pueris
suis fortissimis persarum et
medorum inclitis et prefectis provinciarum: ut ostenderet divicias glorie regni
sui: ac magnitudinem
et iactantiam potentie
multo tempore. Centum
videlicet et octoginta diebus. R. Conforta me rex
sanctorum principatum
tenens. Et da sermonem
rectum et bene sonantem in
os meum V. Da nobis
locum penitentie domine et
ne claudas ora canentium
te domine. Et da. R. iiii.

Cumque implerentur dies
convivii: Invitavit omnem
populum qui inventus
est susis: a minimo
usque ad maximum R.
Spem in alium nunquam habui preter in te deus israel. qui
irasceris et propitius eris.
Et omnia peccata hominum
in tribulatione dimittis V.

Licenza: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. 214r – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/it/snm/LM004624-2/214r)